



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palatium


Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

Quod etiam auari proprio auro atque argento in medijs delicijs in inferno
torqueantur cap. 52.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54477)



QVOD ETIAM AVARI
PROPRIO AVRO ATQVE

ARGENTO ET IN MEDIIS
delicijs in inferno torque-
antur.

CAPVT LII.

Infelicitatem ante dictis adijciam qua
plectuntur auari plusquam barbari. In
medio diuitiarum suarum cruciabuntur in
inferno, illuc in corpore & anima à Demo-
nibus translati. Hoc indicauit Spiritu San-
cto inspirante D. Iacobus inquit: *Aurum* cap. 5.
& argentum vestrum eruginauit, & erugo
eorum in testimonium vobis erit, & mandu-
cabit carnes vestras, sicut ignis. Nec desunt
exempla quibus id comprobemus. Vincē- in spec. moral.
tius refert decrepitam quandam mulie-
rem, auaram supra modum, thesaurum cu-
mulasse, illumque fictilibus vasis imposi-
tum terræ mandasse, Quæ cum mortua fu-
isset nulla facta legatione, oblatus est the-
saurus Episcopo, qui renuens accipere di-
xit: *peccunia tua tecum sit in perditione.* No- Act. 8.
cte igitur sequenti audita est vox erumpēs
è la-

Seri-
tudia
era

è latebris sepulchri & dicens. *Vror, & cru-*
cior. Panditur sepulchrum, & in ore ipsius
 aurum argentumque bulliens inuentum
 est. Vnde facile colligi datur, eam in the-
 sauri medio cruciari. Ita fiet igitur homini
 auaro quemadmodum Crasso factum est.
 Nam dum auri cupidus, atque infatiabilis
 habendi appetitus esset, cogitur aurum fer-
 uens absorbere. Sic fiet homini infatiabili.
 Qui enim pauperibus sua negauit, qui que
 indigentibus sua noluit distribuere, in ma-
 ximis tormentis cogetur eadem deglutire.
 Nec ab hac opinione discedit D. Augusti-
 nus, qui refert Diuitem quendam auarum,
 visibiliter in corpore & anima à Dæmoni-
 bus cum thesauro in infernum raptum fu-
 isse. Neque etiam discrepat Ioannes Bene-
 dicti in summa cum ait: *Aurum igne geh-*
nali liquatum, erit pœna sensus miseris au-
ris, ut opinantur aliqui. Et hæc quidem dicta
 sufficiant. Huic priori nostri operis partico-
 ronidem imponamus decantantes illud
 psalmistæ contra Immisericordes: *Fiant fi-*
lij eius orphani. & uxor eius vidua; nutantes
transferantur filij eius & mendicent, & eijci-
antur de habitationibus suis. Scrutetur fene-
rator omnem substantiam eius, & diripiant
alieni labores eius. Fiant nati eius in interi-
tum,


Serm. 69. ad
frat. in eremo.

*tum, in generatione una deleatur nomen eius;
pro eo quod non est recordatus facere Misericordiam. Estote ergo Misericordes, vt Misericors Deus, Misericordiæ nostræ recordatus, Misericordiam faciens, nobis tribuat gaudia sempiterna Amen.*

F I N I S.



SA-



Miserere
condicio
natura

14